

295.

König Wladislaw von Böhmen eignet der Stiftskirche zu Meißen zur Entschädigung für erlittene Schäden das Dorf Prezez im Gau Budissin. 1160.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 66 mit aufgedrücktem Rücksiegel.

Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 1,56.

5

C. : In nomine sanctę et individue trinitatis. Wladizlaus divina favente clementia Boemorum rex. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris: | quam presentibus, quanta devocione nos pro malorum nostrorum indulgentia et vite eterne recompensatione karissimorumque fratrum nostrorum perpetua felicitate | nec non Boehemorum redemptione dampnum restituimus, quod sanctę Misinensi ecclesię ignis intulimus vastatione. Ut enim | 10 commissorum tam nos ipsi quam fratres nostri ceterique huius vastationis auxiliarii plenariam obtineamus remissionem, pro dampni restitutione iam memoratę sanctę Misinensi ecclesię in honore sancti Iohannis evangelistę sanctique Donati martyris constructę villam Prezez dictam in pago Bvdessin dicto sitam in proprium tradidimus cum omnibus suis appenditiis, hoc est utriusque sexus mancipiis areis edificiis agris campis terris cultis et 15 incultis paludibus pratis pascuis aquis aquarumque decursibus molis molendinis piscationibus silvis venationibus exitibus et redditibus viis inviis quesitis et inquirendis cum omni utilitate, que ullo modo ad usum episcopi inde poterit provenire. Concedimus itaque et regni nostri iure firmamus, ut predicta bona ita libere a prefatę diocesis antistite sempiterna possideantur hereditate, ne aliquis successorum nostrorum aut aliqua persona sive 20 laica sive clericalis ullam habeat potestatem aliquid ad usum suum aut servitium inde tollendi vel usurpandi. Et ut hec rata et inconvulsa per succedentium volubilitates temporum permaneant, hanc paginam inde conscriptam sigilli nostri inpressione insigniri iubentes corroboravimus. Huius rei testes sunt. Daniel Pragensis episcopus. Fratres regis Henricus, Theobaldus. Filius regis Fridericus. Camerarius regis Nemoy. Dapifer 25 Cochan. Pincerna Wezcelo. Agaso Woyzlaus. Primate. Drisizlaus. Zbrazlaus. Conradus. Henricus prefectus urbis Donin. Henricus Chideliz et fratres eius Sifridus, Bertholdus. Ministeriales Misinensis ecclesię. Rödulfus et fratres eius Burchmannvs. Henricus.

(S.J.)

Data per manum cancellarii Geruasii prepositi Wissegradensis ecclesię anno ab 30 incarnatione domini M. C. LX., indictione viii,

anno tercio domni Wladizlai Bohemorum regis, ordinationis vero Gervngi Misinensis episcopi vi; actum feliciter amen.

296.

Bischof Wilmar von Brandenburg gründet das Domkapitel in Brandenburg. — Zeugen: die Mark- 35 grafen Otto und Dietrich, sowie die Grafen Heinrich und Dedo, Söhne Markgraf Konrads.

Hdschr.: Or. Perg. Stiftsarchiv Brandenburg.

Magdeburg, 1161 [Jan. — Juni].

Gedr.: Cod. dipl. Brand. I. 8,104.

Ann.: Indiction IX weist in dieser und der folgenden Urkunde auf die Zeit bis September hin, da aber Markgraf 40 Dietrich bereits am 20. Juni 1161 beim Kaiser in Lodi war (vergl. No. 300), so sind beide Diplome vor Juni ausgestellt.

— — Actum Magdeburg anno incarnationis dominice MCLXI, indictione ix. Huius rei testes sunt. Arnoldus abbas de Nienburg. Hazeko decanus maioris ecclesię Magde-